

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Excommunicacio c
cum uariis

Interdum fit ut aliquis non recto iudicio eorum qui presunt ecclesie depellatur et foras mittatur. Sed si non exiit ante, hoc est si non ita egerit ut mereretur exire, nichil leditur in eo quod non recto iudicio ab hominibus uidetur expulsus. Et ita fit ut interdum ille qui foras mittitur intus sit, et ille foris sit qui intus retineri uidetur.

Origenes super Leuiticum omelia XLVIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

si *om.* P V¹ V² L¹ L²; *hoc*] hos (*cor. intra*) M; *mereretur*] meretur L²